An. et vol. XXXIII 10 Martii 1941 (Ser. II, v. VIII) - Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 65.

Acta SS. Congregationum: *S. S. C. S. Officii*: I. Decretum, p. 69. II. Notificatio, p. 69 - *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 70 - *S. C. Concilii*: Resolutio, p. 70.

Acta Tribunalium: *S. Paenitentiaria Apostolica*: Decretum, p. 73 - *S. Romana Rota*: Sententiae et decreta anni 1940, p. 74.

Diarium Romanae Curiae: S. C. dei Riti: Congregazioni varie - Segreteria di Stato: Nomine, p. 96.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLI

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 25 — extra Italiam, *L. it.* 35 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 4 — extra Italiam, *L. it.* 4,50

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (*Ex Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXIII, n. 3 - 10 Martii 1941)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. *De Batavia* (De Semarang). - Vicariatus Apostolicus de Batavia dismembratur et novus erigitur Vicariatus Apostolicus de Semarang. - *25 Iulii 1940* 65

II. *De Bahamas*. - Praefectura Apostolica de Bahamas ad Vicariatus Apostolici gradum evehitur. - *15 Ianuarii 1941* 67

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

I. Decretum. Proscriptio libri. - *22 Februarii 1941* 69

II. Notificatio. Associatio «La Crociata Mariana» reprobatur. - *8 Martii 1941* . 69

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 70

SACRA CONGREGATIO CONCILII

PAG.

Catanen. - Resolutio de reservatione dignitatum capitularium. - *15 Iunii 1940* . 70

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Decretum. Sacerdotibus, qui in peculiaribus custodiae locis detinentur, facultas conceditur sacramentalem eorum confessionem audiendi, qui iisdem in locis quavis de causa commorantur. - *22 Februarii 1941* 73

SACRA ROMANA ROTA

I. Sententiae editae anno 1940 74

II. Decreta in causis aliter eodem anno finitis 91

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Sacra Congregazione dei Riti: *Varia* . 96

II. Segreteria di Stato: *Nomina* 96

CODIFICAZIONE CANONICA ORIENTALE - FONTI
SERIE II

		Roma L.	Italia L.	Estero L.
Fasc. I.	**Textes Législatifs touchant le Cénobitisme Egyptien**, par Mgr. François Kozman	10 —	11 —	12 —
Fasc. V.	**Textus selecti ex operibus Commentatorum Byzantinorum iuris ecclesiastici.** Cum introductione a P. Aemilio Herman S. I.	30 —	31,50	33 —
Fasc. VI.	**De Fontibus Iuris Ecclesiastici Russorum** - Commentarius historico-canonicus, curavit Aemilius Herman, S. I.	10 —	11 —	12 —
Fasc. VIII.	**De Fontibus Iuris Ecclesiastici Syro-Malankarensium** - Commentarius historico-canonicus, curavit P. Placidus a S. Ioseph, T. O. C. D.	10 —	11 —	12 —
Fasc. XII.	**Disciplina armena.** II. P. Garabed Dr. Amaduni, Mechitarista. **Monachismo.** Studio storico-canonico e Fonti canoniche	40 —	41,50	46 —
Fasc. XV.	**Caldei. Diritto antico.** II. **Ordo Iudiciorum ecclesiasticorum** collectus, dispositus, ordinatus et compositus a Mar Abdiso, Metropolita Nisibis et Armeniae, latine interpretatus est notis illustravit Iacobus M. Vosté, O. P. e Pont. Comm. ad redigendum C. I. C. O.	60 —	61,50	65 —
Fasc. XVI.	**Caldei. Diritto antico.** III. **Liber Patrum**, latine interpretatus est notis illustravit Iacobus M. Vosté, O. P. e Pont. Comm. ad redigendum C. I. C. O.	10 —	10,50	11 —

Venenunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis"
(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722*)

An. et vol. XXXIII 10 Martii 1941 (Ser. II, v. VIII) – Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE BATAVIA
(DE SEMARANG)

VICARIATUS APOSTOLICUS DE BATAVIA DISMEMBRATUR ET NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE SEMARANG.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Vetus de Batavia Vicariatus Apostolicus, in Malesia abhinc centum prope annos erectus, pluries iam dispertitus, in tres partes a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Decessore Nostro, binis Apostolicis Litteris sub anulo Piscatoris diebus vicesima et vicesima quinta Aprilis mensis anno millesimo nongentesimo tricesimo secundo datis, iterum divisus est, et duae novae Praefecturae de *Bandoeng* et *Poerwokerto* erectae sunt et constitutae, ita tamen ut reliquum Vicariatus illius territorium, iisdem Praefecturis interpositis, in duas non contiguas partes disiectum remanserit, unam nempe in occidentalibus, alteram in centralibus Iavae insulae regionibus.

Nunc autem quum assiduis Societatis Iesu aliarumque religiosarum familiarum Missionariorum laboribus non mediocres illic evangelicae praedicationis fructus percepti sint, peropportunum visum est

utramque Vicariatus de Batavia partem per suum quamque Praesulem in posterum regendam esse.

Libenter igitur Venerabilis Fratris Petri Willekens, Episcopi titularis Zoraveni et Vicarii Apostolici de Batavia, precibus annuere decrevimus, quibus a Nobis postulatum est ut eiusdem Vicariatus territorii pars centralis in novum erigeretur Vicariatum Apostolicum a *Semarang* urbe ibidem exstante de *Semarang* seu *Semarangensem* nuncupandum; eo vel magis quod Praesulis illius petitionem, a dilecto Filio Societatis Iesu Praeposito Generali commendatam, venerabilis Fratris Ioannis Panico, Archiepiscopi Titularis Iustinianensis et Delegati Apostolici Australasiae, menti consonam esse noverimus, qui elapso anno Indiarum Nederlandicarum Orientalium missiones visitaverat.

Quare de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, illud Vicariatus Apostolici de Batavia territorium, quod in civili provincia Iavae centralis, vulgo *Midden-Java,* situm est, quodque conterminas habet Praefecturas Apostolicas de Poerwokerto ad occidentem et de Soerabaia ad orientem, iisdem quibus nunc continetur finibus, suprema auctoritate Nostra ex eodem de Batavia Vicariatu distrahimus ac separamus, et in novum erigimus et constituimus Vicariatum Apostolicum; eumque de *Semarang* seu *Semarangensem* appellari volumus et iubemus, atque apostolicis Societatis Iesu curis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus.

Novo igitur Vicariatui de Samarang eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura et privilegia, honores et potestates, quibus ceteri Vicariatus Apostolici eorumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque iugiter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent.

Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit,

indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die quinta et vicesima Iunii mensis, Pontificatus Nostri anno secundo.

I. Card. GRANITO DI BELMONTE — *S. Collegii Decanus*

P. Card. FUMASONI BIONDI — *S. C. de Propaganda Fide Praef.*

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*

Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXIV, n. 2 **– Al. Trussardi.**

II

DE BAHAMAS

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BAHAMAS AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Laeto animo ad Vicariatus Apostolici gradum evehere solent Romani Pontifices Praefecturas illas, in quibus catholica res ob Missionariorum sollertiam progressus notatu dignos sit consequuta. Cum itaque Praefectura Apostolica de Bahamas, monachis Abbatiae S. Ioannis de Collegeville, Ordinis S. Benedicti, multos abhinc annos concredita, ob assiduos illorum labores magna quoad fidelium et operum missionalium frequentiam proximis hisce temporibus, Deo favente, susceperit incrementa, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, venerabilis Fratris Amleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi titularis Laodicensis in Phrygia, Delegati Apostolici in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus, cuius advigilantiae Apostolica Praefectura illa commissa est, sententia perpensa, ad Vicariatus Apostolici gradum illam provehere statuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Nos, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam illam de Bahamas in Vica-

riatum Apostolicum evehimus, erigimus et constituimus, iisdem servatis nomine ac finibus, ipsumque Monachis Abbatiae de Collegeville O. S. B. etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditum volumus. Novo autem huic Vicariatui de Bahamas eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Venerabilem insuper Fratrem Ioannem Bernardum Kevenhoerster, Episcopum titularem Camulianensem, hodiernum de Bahamas Praefectum Apostolicum, in primum novi erecti Vicariatus Apostolici Praesulem renunciamus et constituimus cum omnibus iuribus et privilegiis, oneribus et obligationibus pastorali huic officio inhaerentibus. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, commissionis, statuti, concessionis, constitutionis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo primo, die quintadecima mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno secundo.

ALOISIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXIV, n. 46 **- Al. Trussardi.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

PROSCRIPTIO LIBRI

Feria IV, die 19 Februarii 1941

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

STROOTHENKE WOLFANG, *Erbpflege und Christentum.*

Et sequenti Feria V, die 20 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XII, in solita audientia Exc. D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 22 Februarii 1941.

Romulus Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

II

NOTIFICATIO

Suprema S. Congregatio Sancti Officii, attento etiam Decreto die 26 Maii 1937 edito « De novis cultus seu devotionis formis non introducendis, deque inolitis in re abusibus tollendis » (Cfr. *A. A. S.*, 1937, pp. 304-305), associationem « La Crociata Mariana » prohibuit, primitus in civitate Pratensi erectam, et iam anno 1937 ab Etruriae Episcopis pro dioecesibus illius regionis proscriptam. *

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 8 Martii 1941.

Romulus Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

* Cfr. *L'Osservatore Romano* diei 31 Iulii a. 1937.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum:

die 9 Februarii 1941. **— Titulari episcopali Ecclesiae Nisyriensi praefecit Exc. P. D. Augustum Osvaldum Salinas, hactenus Episcopum Temucensem, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi M. Caro Rodriguez, Archiepiscopi S. Iacobi in Chile.**

die 22 Februarii. **— Metropolitanae Ecclesiae Monterrejensi Exc. P. D. Gulielmum Tritschler, hactenus Episcopum Sancti Ludovici Potosiensis.**

die 6 Martii. **— Cathedralibus Ecclesiis Calvensi et Theanensi Revmum D. Hyacinthum Tamburini, Rectorem Seminarii Comaclensis.**

SACRA CONGREGATIO CONCILII

CATANEN.

RESERVATIONIS DIGNITATUM CAPITULARIUM

Die 15 Iunii 1940

SPECIES FACTI. - **Pius IV diplomate diei 17 Aprilis 1565 Capitulum cathedrale Catanense, antea monasticum, monachis nempe S. Benedicti concreditum, in saeculare convertit, suppressis et extinctis antiquis dignitatibus et canonicatibus, et erectis quatuor aliis dignitatibus ac duodecim canonicis et totidem presbyteris, seu clericis beneficiatis, hebdomadariis nuncupandis. Cetera omnia ut antea servavit, inter quae observantiam, in eodem Capitulo inolitam, vi cuius « tam dignitatum quam canonicatuum et praebendarum ac simplicium beneficiorum sic erecto-**

rum... collatio, provisio et omnimoda dispositio ad ipsum Episcopum Catanien. pro tempore exsistentem pleno iure pertineret ».

Defuncto Pio IV, quin Bullae apostolicae expedirentur, Pius V per Bullam *In eminenti* diei 9 Februarii 1568 a suo Antecessore Pio IV statuta approbavit et confirmavit.

Deinde, anno 1639, Episcopus Catanensis quatuor dignitatibus antea erectis quintam addidit, cuius collationem sibi attribuit.

Memoratas has dignitates Archiepiscopi Catanenses usque modo contulerunt, immo et post promulgatum Codicem Iuris canonici hodiernus praesertim Archiepiscopus hoc ius sibi competere contendit, idque vi privilegii apostolici, non abrogati per canonem 4 eiusdem Codicis.

Contradicente vero Dataria Apostolica, ab eadem quaestio huic Sacrae Congregationi definienda delata est.

ANIMADVERSIONES. – In primis, quod quintam dignitatem spectat, ab Episcopo Catanensi erectam quin accesserit apostolicum privilegium, nullum est dubium quod Sanctae Sedi nunc sit reservata.

Sed et de ceteris idem sentiendum esse videtur. Advertendum autem est ex Regula IV Cancellariae Apostolicae non omnes dignitates capitulares fuisse Sanctae Sedi reservatas, sed tantummodo « omnes dignitates maiores post Pontificales in cathedralibus, etiam Metropolitanis et Patriarchalibus », idest primam tantum dignitatem post Pontificalem. Nec officit in relata Regula Cancellariae pluralitas: *omnes dignitates*, quia, ut adnotat Riganti in *Regulas Cancellariae Apostolicae* (tom. I, in reg. IV, § 1, 7) « pluralitas illa resolvitur in singularitatem, et respicit pluralitatem ecclesiarum non autem pluralitatem dignitatum maiorum vel principalium eiusdem ecclesiae ».

Quapropter, quoad ceteras dignitates, praeter primam post Pontificalem, Ordinarius Catanen. non potest sibi ius vindicare easdem conferendi vi Bullae S. Pii V, qui, cum non essent reservatae, Bulla ex hoc capite nil aliud continebat nisi id quod tunc temporis erat ius commune. Mutata hodie lege per Codicem I. C., et illa dispositio mutetur necesse est.

Praeterea, observantia seu consuetudo in re de qua est quaestio, vi cuius omnes dignitates capitulares ab Episcopis Catanensibus conferebantur, inducta iam erat tempore quo Capitulum cathedrale erat monasticum; nec constat a privilegio apostolico eandem consuetudinem esse repetendam, vel privilegium ipsum sanxisse Pontifices Pium IV et Pium V. Siquidem Pius IV diplomate anni 1565 Capitulum monasticum in saeculare convertit, ceteris omnibus, ut antea, servatis, sive quoad

numerum dignitatum, canonicatuum et beneficiorum, sive quoad inolitam observantiam tunc vigentem, vi cuius dignitates et canonicatus ab Episcopis Catanensibus in mensibus quoque Papalibus conferebantur. Pius vero V, Bulla *In eminenti* anni 1568, statuta et incoepta sui Decessoris, nihil addens vel innovans, probavit et confirmavit: « Concessionem Praedecessoris huiusmodi ... Auctoritate apostolica tenore praesentium ... approbamus et confirmamus ».

Iamvero consuetudinem, licet peculiari apostolica approbatione et confirmatione munitam, naturam non mutare, nec vim apostolici privilegii induere in comperto est.

Verum, etsi in casu ageretur de apostolico privilegio, abrogatum hoc fuisse videtur praesertim per canonem 1435 § 1 generatim statuentem, *omnes* dignitates... ad normam canonis 396 § 1 esse reservatas Sedi Apostolicae, nulla proinde exclusa dignitate ex quocumque titulo. Et canon 396 § 1 modo absoluto et inconditionato praescribit quod « collatio dignitatum ... Sedi Apostolicae reservatur ». Quod confirmatur, a fortiori, ex analogia cum canone 403, quo Ordinariis reservatur collatio canonicatuum et beneficiorum, firma tantum contraria fundationis lege.

Resolutio. – In plenariis autem Comitiis die 15 Iunii 1940 habitis, Emi Patres huius Sacrae Congregationis ad propositum dubium: « *An dignitates Capituli cathedralis Catanensis post Codicem promulgatum sint Apostolicae Sedi reservatae* », responderunt: *Affirmative.*

Quam resolutionem in Audientia diei 20 eiusdem mensis, referente subscripto eiusdem S. Congregationis Secretario, Ssmus Dominus Pius Pp. XII benigne approbare et confirmare dignatus est.

I. Bruno, *Secretarius*.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

DECRETUM

SACERDOTIBUS, QUI IN PECULIARIBUS CUSTODIAE LOCIS DETINENTUR, FACULTAS CONCEDITUR SACRAMENTALEM EORUM CONFESSIONEM AUDIENDI, QUI IISDEM IN LOCIS QUAVIS DE CAUSA COMMORANTUR.

Ut facilius spirituali eorum saluti prospiciatur qui nunc temporis in peculiaribus custodiae locis a publica Auctoritate detinentur, Sacra Paenitentiaria Sacerdotibus, qui eamdem vitae rationem participant, Apostolica Auctoritate, concedit facultatem confessionem sacramentalem eorum omnium audiendi, qui vel in iisdem conditionibus versantur vel pro suo munere in iisdem locis commorantur, dummodo praedicti Sacerdotes iurisdictionem ad confessiones excipiendas a proprio Ordinario iam habuerint neque eadem privati fuerint.

Facta autem de his relatione Ssmo Domino Nostro Pio div. Prov. Pp. XII ab infra scripto Cardinale Paenitentiario Maiore in Audientia diei 15 vertentis mensis, idem Ssmus Dominus Noster Decretum Sacrae Paenitentiariae approbavit, confirmavit et publicandum mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 22 Februarii 1941.

L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior*.

L. ✠ S.

S. Luzio, *Regens*.

SACRA ROMANA ROTA

I

Causae quae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae sunt anno 1940, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. Bononien. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus*.

***Turnus Rotalis:* I. Grazioli, Decanus, *Ponens*, A. Jullien, A. Fidecicchi.**

***Promotor Iustitiae:* V. Bartoccetti.**

***Vinculi Defensor deputatus:* I. Kauer.**

***Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* F. Fournier.**

***Dubium:* « An sententia Rotalis diei 12 Novembris 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

***Sententia* diei 2 Ianuarii : « Confirmandam esse, ideoque non constare de matrimonii nullitate, in casu ».**

II. Messanen. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus*.

***Turnus Rotalis:* H. Quattrocolo, *Ponens*, A. Wynen, G. Heard.**

***Vinculi Defensor deputatus:* I. Benedetti.**

***Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* P. Rutili.**

***Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

***Sententia* diei 3 Ianuarii : « Negative ».**

III. N. N. – Nullitatis matrimonii *ex capite impotentiae mulieris*.

***Turnus Rotalis:* H. Quattrocolo, *Ponens*, A. Wynen, G. Heard.**

***Vinculi Defensor deputatus:* I. Pendola.**

***Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* E. Ruffini.**

***Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».**

***Sententia* diei 3 Ianuarii : « Negative ».**

IV. Interamnen. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus*.

***Turnus Rotalis:* G. Heard, *Ponens*, S. Janasik, A. Canestri.**

***Vinculi Defensoris Substitutus:* I. Stella.**

***Advocatus:* F. Bersani.**

Dubium: « An sententia Rotalis diei 14 Maii 1938 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 5 Ianuarii: « Confirmandam esse, ideoque non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

V. ROMANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusam indissolubilitatem et ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, F. Roberti.

Vinculi Defensor deputatus: G. Oesterle.

Advocatus: T. Ragusa.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 10 Ianuarii: « Negative ».

VI. KIELCEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Mittiga.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 16 Ianuarii: « Affirmative ».

VII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 17 Ianuarii: « Negative ».

VIII. BONONIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: G. Oesterle.

Advocati: P. A. d'Avack, A. C. Jemolo.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 19 Ianuarii: « Affirmative ».

IX. PARISIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, H. Quattrocolo.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocati: I. B. Ferrata, I. Kauer.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 12 Novembris 1936 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 29 Ianuarii: « Infirmandam esse, ideoque non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

X. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam mulieris.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: I. M. Casoria.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. Ciprotti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 31 Ianuarii: « Negative ».

XI. NEO-EBORACEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob intentionem contra indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: C. Da Silva.

Advocatus: I. Benedetti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 31 Ianuarii: « Negative ».

XII. ZAGRABIEN. – SEPARATIONIS.

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: I. Benedetti, *pro actrice;* I. Torre, *pro convento.*

Dubium: « An locus sit separationi coniugum a toro, mensa et cohabitatione, in casu ».

Sententia diei 16 Februarii: « Negative ».

XIII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: Agatangelus a Langasco.

Advocatus: E. Ruffini.

Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu »; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 16 Februarii: Ad I: « Negative ». Ad II: « Affirmative ».

XIV. FRIBURGEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: Agatangelus a Langasco.

Advocatus: I. Torre.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 16 Februarii : « Negative ».

XV. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 16 Februarii : Ad I et II : « Negative ».

XVI. VINDOBONEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, F. Roberti.

Vinculi Defensor deputatus: A. Leduc.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: R. Giove.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 21 Februarii : « Negative ».

XVII. FLORENTINA. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae et ex defectu consensus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus: N. Patrizi.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 31 Iulii 1937 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 26 Februarii : « Infirmandam esse, ideoque constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XVIII. PARENTINA. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 28 Februarii: « Negative ».

XIX. ZAGRABIEN. – SEPARATIONIS.

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: R. Giove, *pro actore;* C. Da Silva, *pro conventa.*

Dubium: « An et cuius culpa separatio concedenda sit, in casu ».

Sententia diei 2 Martii: « Locum non esse separationi perpetuae ex causa adulterii, utpote compensati; locum esse separationi ad tempus indeterminatum ob iniurias, et quidem culpa utriusque coniugis, in casu ».

XX. VINDOBONEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob clandestinitatem.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: I. Ojetti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 5 Martii: « Negative ».

XXI. FLORENTINA. – NULLITATIS MATRIMONII *ob defectum consensus.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, C. Pecorari.

Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: R. Romano.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 16 Martii: « Negative ».

XXII. ROMANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ob conditionem appositam.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: R. Bigador.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 20 Martii: « Negative.

XXIII. ANGELORUM SANCTI DIDACI. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus ac simulationis.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 10 Novembris 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 29 Martii: « Confirmandam esse, ideoque non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XXIV. PARISIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Roberti, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 6 Aprilis: « Negative ».

XXV. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, A. Fidecicchi.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus: R. Romano.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 10 Aprilis: « Negative ».

XXVI. ROMANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: G. Oesterle.

Advocatus: A. Mittiga.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 29 Ianuarii 1937 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 13 Aprilis: « Infirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXVII. TAURINEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: I. Limongelli.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 27 Aprilis 1938 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 20 Aprilis: « Confirmandam esse, ideoque non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXVIII. De Guadalajara. – Nullitatis matrimonii *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: S. M. Vitale.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: E. Ruffini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 20 Aprilis: « Negative ».

XXIX. N. N. – Nullitatis matrimonii *ob impotentiam viri et* Dispensationis super rato.

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: F. Fournier.

Advocati: P. Mottis, B. Pellegrini.

Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu »; et quatenus negative: II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 23 Aprilis: Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative ».

XXX. Salisburgen. – Nullitatis matrimonii *ob clandestinitatem.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: A. Leduc.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Ojetti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 23 Aprilis: « Affirmative ».

XXXI. Tripolitana Maronitarum. – Nullitatis matrimonii *ex capite consanguinitatis atque vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 9 Maii 1936 confirmanda, vel infirmanda sit, in casu ».

Sententia diei 3 Maii: « Confirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXXII. Platien. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: T. Ragusa.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 4 Maii: « Negative ».

XXXIII. Romana. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, F. Roberti.
Vinculi Defensor deputatus: S. M. Vitale.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Carabini.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 4 Maii: « Negative ».

XXXIV. Cosentina. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, F. Roberti.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus: H. Tupini.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 7 Maii: « Negative ».

XXXV. Vic. Ap. de Lulua et Katanga. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* H. Caiazzo, A. Fidecicchi.
Vinculi Defensor deputatus: C. Da Silva.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 17 Maii: « Affirmative ».

XXXVI. Neritonen. – Nullitatis matrimonii *ex capite conditionis appositae.*
Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, H. Quattrocolo.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus: A. D'Alessandri.
Dubium: « An sententia Rotalis diei 18 Novembris 1937 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».
Sententia diei 27 Maii: « Confirmandam esse, ideoque non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XXXVII. Parisien. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.
Vinculi Defensoris Substitutus: A. Del Corpo.

Advocati: I. B. Ferrata, T. Ragusa.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 28 Maii: « Affirmative ».

XXXVIII. PARISIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ob intentionem contra indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, F. Roberti.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus: H. Benvignati.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 28 Maii: « Negative ».

XXXIX. BERYTEN. MARONITARUM. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus: P. Guidi.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 1 Iunii: « Affirmative ».

XL. MONTIS REGALIS. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.
Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: M. D'Alfonso.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 8 Iunii: « Affirmative ».

XLI. BRIOCEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus et ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori, A. Fidecicchi.
Vinculi Defensor deputatus: I. M. Casoria.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 8 Iunii: « Negative ».

XLII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.
Vinculi Defensor deputatus: I. Calvi.
Advocatus: M. D'Alfonso.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 12 Iunii: « Negative ».

XLIII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Promotor Iustitiae: I. Pendola.

